

bendam non obligamur ne sit damnatio aliqua his
qui sunt in Christo Iesu. Sed in pristinum statum recti-
tudinis nequaquam nos restituit/nec vires anime resor-
mavit:sed ad nos per exercitium et meritum nobis eas re-
liquit per sancta exercitia reformandas . Ecce hec est
vallis lacrymarum/status misericordiarum ad quem ceci-
dimus et unde resurgendi ascensiones in corde debe-
mus disponere postmodum ascensiuri

Domine homo non solus progressus est a statu
rectitudinis in lapsu primi hominis: sed etiam
illectus concupiscentiae longe abiit ad impuri-
tatem cordis: Et quid sit impuritas cordis: et
hic est lapsus secundus. **C**a. iiiij.

Agnus vere et magna nimis distantia inter
valleum lacrymarum ubi nunc es consti-
tutus/et locum in quo te dominus olim posu-
erat: videlicet statum tue rectitudinis/ideoque magnus
ascensus necessarius vel certe multe necessarie sunt as-
cessiones:magnaque opus est labore si illuc vis redire.
Sicut in hic pinalisses: ut in hic queuisces/et non longe
us discessisses: sed heu tu fili prodigie quarundam meretricum:
id est concupiscentiam abstractus illecebribus iuisti ad
pres adhuc multo remotiores: immo ut ait sanctus ena-
gelius in longissimam regionem abiens post concupiscen-
tias tuas/ et fornicans cum meretricibus: id est cum concu-
piscentiis. Nam quoties concupiscimus: totiens ut
ait Hieronymus fornicamur. Itaque oia bona et por-
tionem bonorum naturalium et gratuitorum que tibi conti-
gerat consumpsisti. Siquidem in casu primitivo ut

missum est pronitatem concupiscentiarū ad insi-
ma contraximus / ut nisi eis continue resistam⁹ / par
impetu cogimur descendere ad inferiora. **T**u vero nō
solum eis non restitisti / sed te eis inclinans cum ipsis
descendisti / et desideriis et affectionibus carnalibus/
et rebus mundanis adhesisti. atq; pinde si qua in te
remanserat ad bonū inclinatio / vel donorum natura-
lium vel spiritualium amissisti. **I**nsuper huiusmodi re-
bus vilibus desiderio et affectu inherens quodam-
modo ipsis connaturalis et conformis factus es / et ita
contraxisti quandam quasi limositatem vel viscosi-
tatem in concupiscentiis et viribus q̄ quasi glutinosa
lubricitate inferius ligatus quodāmodo retineris: et
hec dicitur, ppria impuritas cordis. **S**icuti enim in
rebus naturalibus res dicunt⁹ et efficiuntur impure
eo q̄ rebus vilioribus se admiscentur. **N**am aurum
immundū efficit si argento / et argentum si plumbo
admiscentur. **I**ta homo aia tua rationalis que ē dig-
nior omnibus temporalibus creaturis impuritate⁹
et immundiciā contrahit ex hoc q̄ rebus temporali-
bus subiicit per amore⁹: et ex h̄ q̄ huiusmodi adheret
per affectiō⁹ et p̄ desideria ipsis affixa assueta et gluti-
nata imūda sit et ipura. **E**t siquidē affectu carnali
rebus carnalibus adheserit / attrahit quandā limosi-
tate⁹ que carnalitas dicitur et ynde homo carnalis
efficitur: **S**i vero affectu mundo adheserit re-
bus mundi et vanitatibus / impuritas illa dicitur va-
nitas: et hō efficitur secularis. et ita diuina scriptura
distinguit int̄ hoies carnales et seclares. **E**cce cer-
nis qđ sit ipuritas cordis d̄ q̄ i scriptura legi / et forsū

nō intelligis: Certe ipsa est illa affectio qua inordia-
te ad infima inclinaris et adheres / siue ad gulam si-
ue ad luxuriam / vanam gloriam vel superbiam vel ho-
minum laudem per eam traheris / cordis impuritas
appellatur: quā impuritatem in casu prīmi hominis
contraxisti: sed ex tua assuēfactione / affectiōe et ad-
hesione multo amplius addidisti / ut qui sordebat p̄
us sordescat iam amplius. Ecce hic est secundus de-
census tuus / in quem quanto longius descendisti / eo
opus habes pluribus ascensionibus ut redire pos-
sis ad statum rectitudinis / vñ cecidisti.

De tertio hominis decensu p̄ peccatū
mortale quo longissime abiit in dissimilitu-
dinis regionem. **L**a. v.

Sed nec adhuc filius pdigus cessat longius
sire atq; ampli⁹ gire. Nā quo plus it eo am-
pli⁹ perit q̄ a deo auers⁹ recedit. Quid plu-
ra: Omnibus consumptis cū meretricib⁹ venit i re-
gionem dissimilitudinis / vbi se ubiecit vni ciuiū re-
gionis illius / t̄ hic eum posuit vt porcos eius pasce-
ret: id est breuiter per peccatum mortale se diabolo
subdidit / et in oībus motibus concupiscentiarib⁹ te-
siderior⁹ satisfecit. Ecce homo quo nūc deuenisti in
regionem dissimilitudinis / non appetet vestigii vir-
tutis. **D**e sunt tres descensiones quibus a statu
rectitudinis in regionem dissimilitudinis lōgissime
descendisti.

De tribus examinatiōibus: et qualiter
homo p̄ memorā peccatorū recuperat se-